



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacmentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

alius secretum, sibi commissum revelans. n. 550.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

teria gravi contra charitatem, non tamen contra justitiam. Ratio prima, artis. est., quia nemur nolle malum proximo ex præceptu charitatis; & secundo; quia actus ille sermon est ablativus famæ proximi, cum incertum narratio non habeat vim faciendi fidem; ergo quod alii credant, oritur ex eorum malitia & levitate: consequenter narrans non peccat contra justitiam.

## CONFERTIA. CVIII.

549. **Q**uintus narrat bona si de crimine alterius, quod credit esse publicum & verum, cum revera sit occultum, vel etiam falso: antenarratur ad restitutionem: quando cognoscit se errasse? Resp. teneri, non quidem ratione iniustæ damnificationis, sed ratione rei, id est, famæ ab latere. Ratio desumitur ex superioribus dictis, de postfollere bonæ fidei.

## CONFERTIA. CIX.

550. **S**eptimœ commissum est secretum [ expressum vel tacita conventione facundi] quomodo peccet, si commissum sibi secretum revelerit.

**R.** Cum Comm. peccare ex genere suo mortaliter, pro ratione materiæ aut damni indeleuerit, contra fidelitatem & justitiam.

**Ratio est:** qui obligatio justitiae ex genere suo est sub mortali: sed qui secretum expressa vel tacita conventione reticendum in se suscepit i-



tenetur ex justitia servare fidem : Igitur revealans peccat contra justitiam ex genere suo mortaliter , nisi imperfectio actus vel levitas materiae excusat.

**CONFERTIA. CX.**

**S**eptimus tibi revelavit occulte voluntatem prodendi civitatem , vel hunc hominem occidendi : quæris , an debetas servare secretum.

R. Cum Comm. S. Th. 2. 2. q. 70. a 1. Mol. Lym. & alijs. Si aliter revocare non possis ; debes manifestare ijs quorum interest. Ratio est : quia ex lege & ordine charitatis quilibet obligatur liberare Innocentem ab injuria Nocentis eti cum aliquo Nocentis damno fieri debeat, **CONFERTIA. CXI.**

Octavus revelavit tibi occultum impedimentum Matrimonij contrahendi à quo revocari non potest nisi canonice denuntiatur : an possis illud aperire Parocho.

Resp. cum Comm. Navar. Sanch. Molin. Lym. &c. Te licite posse denuntiare , ob Sacramentum reverentiam , & ad peccatum vitandum. Ratio est : quia ista revelatio cedit in bonum ipsius , qui tibi revelavit : ergo non potest rationabiliter esse invitus.

**CONFERTIA. CXII.**

**N**onus tibi revelabit homicidium à se commissum , & tu postea de eodem homicidio suspectus factus es , ut de vita pericliteris , nisi reveles : an revalere liceat,

553d

Z

Resp.